



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Adnotationes || Et Meditationes || In Evangelia Qvae || In
Sacrosancto Mis-||sae Sacrificio || Toto Anno || Legvntvr;||**

Nadal, Gerónimo

Antuerpiæ, M. D. XCV.

Suscitatur Virgo Mater à filio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78158](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78158)

SUSCITATA VIRGO MATRI A TELIO.

In cly. imaginem adnotatiuncula.

cly.
152.

- A. Ad finem tridui adest Christus cum militia caelestis exercitus innumerabili.
- B. Clauso sepulchro suscitatur Matrem, animam eius & corpus maximis donis camulat.
- C. Egredditur illa fulgentissima immortalitatis gloria ornata, stellis duodecim coronata, amictu sole, & sub pedibus Lunam habens.
- D. Excipit eam Christus gratulatione summa.
- E. Eam adorat, eius obedientiam euestigio defert caelestis exercitus, Dei Matrem, Reginam suam, & orbis proficietur uniuersi.
- F. Cessante in terris concentu Angelorum, intelligunt Apostoli resurrexisse sacram Virginem.

ADNOTATIO.

- A. Ad finem autem tridui ecce tibi adest ad sepulchrum Christus cum militia exercitus caelestis innumerabili.
- B. Animam Matris corpori vnit, & replet excellentissimis donis ac dotibus & animam & corpus, ac statim e clauso sepulchro Matrem educit.
- C. Egredditur ipsa fulgentissima veste immortalitatis ac gloria ornata, circumdata varietate donorum, dotium, aurcolarum beatarum, quasi sole amicta, lunam sub pedibus premens, corona stellarum duodecim caput redimita.
- D. Excipit illam Filius Deus letitia ineffabili, & immensa gratulatione.
- E. Illi obedientiam & reuerentiam exhibent Angeli & alij beati spiritus omnes, Regina ac Domina caeli atque orbis uniuersi, Matri Dei omnipotentis.
- F. Cessante Angelorum melodia ad sepulchrum post triduum, intellexerunt Apostoli resurrexisse immaculatam Virginem.

ASSV-

156